

Breuia, de quibus scribis, nescio quo errore post abitum tuum huc fuerunt adlata; puto tamen Frobenium istuc remisisse. Berus Tannis nunc agit, oppido vicino. Christophorus Basiliensis Episcopus dici non potest quanti te faciat. Ego post reditum meum ex patria cum Frobenio victum non habui. Thomas Grey non epistolam sed plane 15 libellum ex vrbe Parisiensi mihi misit. Excusauit Fabrum quod non satis commode valeat. Saluta Ioannem Smith, adulescentem optimum. Bene vale.

Ex Basilea tercio nonas Septem. 1516.

#### 461. FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 128 v<sup>o</sup>.  
LB. App. 174.

London.  
3 September (1516).

[The year-date is supplied from the reference to the *Utopia* (l. 1). From the frequent mention of this in Epp. 467, 474, 477, 481, 484, 487, 491, 499, 502, 508, 513, 524, 530, 534, 537, there can be no doubt that the first edition, Louvain, Th. Martens, s. a., was published towards the end of Dec. 1516; perhaps with a view to its use as a *strena* (cf. Ep. 187. 1 seq. and n.). See the edition of Michels and Ziegler, 1895, pp. lii. seq.]

#### MORVS D. ERASMO S. P. D.

NVSQVAMAM nostram nusquam bene scriptam ad te mitto: praescripsi epistolam ad Petrum meum. Cetera tu vt recte cures, expertus sum non esse opus vt te adhorter. Litteras tuas reddidi Veneto Oratori, qui videtur aequissimo animo fuisse recepturus Nouum Testamentum, quod interceptit Carmelianus. Nam totus deditus est sacris litteris, 5 perfunctus lectione eorum pene omnium qui scribunt quaestiunculas; quibus tribuit tantum vt ne Dorpius quidem tribuat amplius. Ambitiose congressi sumus, accuratis orationibus ac longis laudibus nos inuicem scabentes. Sed vt vere dicam, plane delectat me; videtur enim honestissimus et rerum humanarum peritissimus ac iam diu- 10 narum cognitioni deditissimus; postremo, quod ego non in postremis pono, studiosissimus tui.

A Cantuariensi de rebus adhuc nihil audio. Coletus de tua re nihil habuit sermonis cum eo: cum Eboracensi habuit; quem tam in te propensum inuenisse se dicit atque in tuas laudes tam effusum vt 15

461. 5. *Carmeliani nominis oblitus, littera t inserta nouam huic faciem induit LB.*

460. 11. Breuia] Cf. Ep. 338 introd.  
12. Tannis] Thann in Upper Alsace, NW. of Mülhausen, at the mouth of the St. Amarinthal. Its famous church-tower was completed in 1516.

14. reditum] Cf. p. 114.

15. victum non habui] Cf. LB. App. 146.

Grey] Cf. Ep. 445. 16 n.

16. Fabrum] Cf. Ep. 445. 33 n.

17. Smith] See Ep. 276 introd.

461. 1. Nusquamam] The earliest name for the *Utopia*; cf. Ep. 474. 30 n.

2. Petrum] Gilles.

3. Oratori] Giustinian; see Ep. 559 introd.

5. Carmelianus] See Ep. 262. 10 n.

6. quaestiunculas] Cf. Ep. 438. 4.

ne optare quidem potuerit amplius, nisi vt verba illa tam egregia aliquando rebus exaequet; id quod expecto et breui et ampliter facturum. Tuam pecuniam que apud me deposita est, meus Ioannes ad diui Michaelis tradet Aegidio; nam ante id festum non est venturus  
 20 Antwerpian. Si edas posthac Epigrammata mea, tu expende tecum an putes ea premenda que scripsi in Bryxium, nempe in quibus sunt quaedam amarulentiora; quanquam videri possim ab illo prouocatus conuiciis dictis in patriam. Tamen, vt dixi, tu haec consydera et denique omnia quae putabis inuidiosa. Si que sint praeterea vel  
 25 inepta, ea sic dispone omnia vt ex vsu meo censebis fore: quippe vt Quintilianus ait Senecam esse eum quem vellet suo ingenio scribere et alieno iudicio, ita ego is sum quem conueniat scribere et alieno iudicio et non meo ingenio. Vale et D. Tunstal ac dominum Buslidium saluta meo nomine. Raptim Londini 3<sup>a</sup> Septemb.

462<sub>463</sub> TO WILLIAM NESEN.De Copia, tit. v<sup>o</sup>.

Antwerp.

5 September 1516.

[A letter written to accompany a new edition of the *De Copia* (Ep. 260), Basle, Froben, April 1517 (a). Fröben included it also in issues of March 1519 (β<sup>1</sup>) and Feb. 1521 (β<sup>2</sup>); but in his edition of May 1526, when Erasmus was at Basle and Nesen dead, it was omitted, leaving the verso of the title blank; and it does not appear again.]

ERASMVS ROTERODAMVS GVILIELMO NESENO NASTATENSI SVO S. D.

Srve tu istuc iudicio facis, optime Nesene, sine studio quodam amoris erga me tui, certe de Copia commentariolos antehac οὐ πάνυ ἐρασμίους Erasmo commendas, dum illos sic laudibus vehis, sic ediscis, sic tuis praelegis vt magis iam tui sint vsucapione quam mei qui  
 5 genuerim. Eos igitur, ita vt volebas, recognoui inter nauigandum, ne vel hoc temporis mihi prorsus periret a studiis. Tuae partes erunt curare vt Frobenianis formulis maiusculis quam emendatissime simul et nitidissime rursus exeant in publicum; quo hac sane placeant, si eruditione parum commendantur lectori. Bene vale, charissime  
 10 Nesene.

Antuerpiae. Nonis Septembr. Anno a Christo nato M.D.XVI.

461. 16. vt *om.* LB *perperam.*

462. TIT. NASTATENSI α: NASTADIENSI β.

461. 18. Ioannes] Probably More: cf. Ep. 243. 2 n.

20. Epigrammata] Cf. Ep. 424. 81 n. They were printed by Froben in conjunction with the *Utopia*, March 1518: see Ep. 550 introd.

21. in Bryxium] Cf. Ep. 212. 1 n.

26. Quintilianus] *Inst.* 10. 1. 130.

462. 5. inter nauigandum] Either on his way down the Rhine in May, or on the journey from Calais to Antwerp, part of which was perhaps made by barge.

7. emendatissime] For Nesen's previous shortcomings see Ep. 325 introd.